AUGUSTINUS. BASILIENSIA
Basel und Klosterneuburg, 1434-1435
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Multifariam multisq; modis dominus
omnipotens in diebus suis carnis dignatus est honorare romanum
imperium dando in semetipso exemplum tamquam dominus et magr romanum
imperium fore ab omnibus honorandum honorauit quidem cesarem dum
suis regem romani mundum ingrediens in duobus et honorauit imperium
primo quod in tempore sui aduentus per ipsum cesarem totum orbem parere fecit
vt per ipsum domini natiuitas papa esset in omnipotentia terra ad significandum
quod ipse esset pax mea et pacem vt dicit apostolus ad colossenses fecit
reconciliando omnia quae sunt in celo et in terra unde ps posuit
prodigia i. iudicia fuerunt reconciliantis super terram ut auferet bella
vsq; fines terre Et alibi dicitur in diebus eius oriatur iustitia pacis
Secundo ingressu suo appuit et honorauit romanum imperium Maxime ut
natus est censui cesaris se subdendo vt augustinus in glossa super eum lucam
sic dicit humilitas papae commendat quia non solum in carnem venire voluit sed
etiam nasci Illo tempore in quo natus maxime censui cesaris subderetur natus
est in diebus professionis quando singuli ibant in ciuitates suas unde
oriundi erant ut profiterent tributum censum et regem sic ergo dominus
mundum ingrediens dupliciter honorauit romanum imperium suis cesaribus
vt omnem mundum in ministerio cesaris parendo et censui cesaris
se subiciendo Item dominus in diebus suis carnis progrediens in hoc
mundo romanum imperium dupliciter honorauit primo quia dedit ei tri-
butum pro se et beato petro ut legitur math xvij° Secundo quia non
solum ei tributum dedit sed etiam precepit ei dare in xxij° cap° Reddite
cesari quae sunt cesaris Augustinus super hoc dicit censum et tributum
Item dominus ingrediens mundum bis honorauit et approbauit cesarem
suis romanum imperium primo in duentibus apostolis Ecce duo gladii hic
dominus ut dicit lucas respondit satis est Ecce quod duo gladii q
duas potestates significant hic in presenti seculo satis sunt Et quid est
dicere satis est nisi sufficit et nihil deest potestatis g° domini est
ecce potestatem sacerdotalem et potestatem imperialem quae tunc maxime
videbantur mundo sufficere et ei quae ad regimen tam in spiritualibus
quam in temporalibus nihil deesset Unde Gelasius papa dicit duo
sunt quibus hic mundus principaliter regitur pontificalis auctoritas